1402.

Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Borkowski Borkowskiey Cedit cum Oblata Scripti

6074

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensi Generosus Bernardus Samuel de Borkow Borkowski sanus mente et corpore existens a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nempe de Summa Centum Florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per Generosam olim Catherinam Gembicka Pocillatricem Posnaniensem scripto certo manuali inscripta et assecurata nec non de eodem scripto manuali eiusque omnibus punctis et Conditionibus cum omni provisione Iure dominio et proprietate competentiaque et pertinentia quavis omnibusque et singulis eiusdem scripti praedicti Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter omnibus Summae quoque supradictae Centum florenorum polonicalium [illegible] pro quibus

fructibus proventibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter universis, Nihil ex praemissis Iuris dominii, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praetensionis pro se Recognoscens Suisq Successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant ac eidem legitime seruiebant, Iam exnunc et de facto Deodicatae Virgini Annae Franciscae de Borkow Borkowska eiusq posteris susceptis ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cedit et condescendit prout cessit et condescendit praesentibus omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in Personam eiusdem Deodicatae virginis Annae Franciscae de Borkow Borkowska Cessionariae Suae et ipsius posteris suis totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporauit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsam Deodicatam virginem Annam Franciscam de Borkow Borkowska et ipsius Successores hoc idem Ius praesens cum Summam Suprascriptam Centum florenorum polon. per se Recognoscentem transfusam tollendi leuandi et percipiendi de leuato et percepto quietandi pro eademq si non fuerit soluta Iure agendi Processus quosuis Iuridicos instituendi ac inchoandi et ad debitum de Executionis finem deducendi praemissaq omnia tanquam Sua propria et Suos

successionum quovis beneplacito suo usufruendo libere et effectualiter convertendi Genus Scripti Originalis ea omnia latius in se complectentis Generosus praefatus et transfusi exigere. Circa quam quidem Inscriptionem Cessionariis idem Sui scriptionis Recognoscens obtulit eidem Officio praesenti et ad acticandum porrexit scriptum hoc idem manuale inscriptum petens illud ad Acta Officij praesentis suscipi et Actis suis inscribere demandari Ad cuius affectionem personalemque oblationem Officium hoc idem ... eo in passu Generosi communi scriptum hoc idem suscepit et Actis suis inscribere demandavit cuius tenor sequitur talis. Zeznawam tą karta moią, izem zostala winna JeoMsci Panu Bernardowi Samuelowi z Borkow Borkowskiemu złotych polskich sto, ktorych em iwrela o JeoMsci poruczanym sposobem, ktore sto złotych na swięty Paweł blisko przyszły w Roku tysiącznym szescsetnym siedmdziesiątym pierwszym powinna oddac JeoMsci bez uszczerbku, zwłoki. Na co się dla lepszey wiary y pewnosci reka swoia własną podpisuie y pieczec przykładam. Działo się w Rzeglinie dnia dwudziestego trzeciego miesiąca Sierpnia Roku tysiącznego szescsetnego siedmdziesiątego Katharzyna Zębicka Podczaszyna Poznanska Locus sigilli post cuius ingrossationem originale eidem Offerenti per officium praesens extradend

dictum est.

1405.

Feria Tertia post Dominicam Rogationum proxima Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 5/1

Gnosa Zadurska eliberando Maritum, Contractum Approbat.

604

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Gnosa Eva de Humniska Gnosi Matthaei Zadurski Mareschalci Ordinarij Consors legitima cum eiusdem suprascripti mariti sui vi nexus conjugalis authoritate et assistentia sana mente et corpore existens a terris Districtibus Jurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praefatae vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quod ipsa eliberando suprascriptum Gnosum maritum suum ab onere submissionis ratione praemissionis sui Recogno- nitionis

[illegible] ad [illegible] Regestra Castrensia